



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

4. Maria prægnans visitat Elizabetham, & magnificat Dominum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

## CAP. 4. Maria pragnans visitat Elizabetham. &amp; magnificat Dominum. Luca Cap. 1. \*3.

S. Mattheus.

S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

**E**xurgens autem Maria in diebus illis, abiit in montana cum festinatione in ciuitatem Iuda, & intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elisabeth. Et factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit infans in vtero eius, & repleta est Spiritu sancto Elisabeth: & exclamauit voce magna, & dixit, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus vëtris tui. Et vndè hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. & beata quæ credidit, quoniam perficientur ea quæ dicta sunt ei à Domino. Et ait Maria:  
 Magnificat anima mea Dominum,  
 Et exultauit spiritus meo in Deo salutari meo.  
 Quia respexit humilitatem ancillæ suæ,  
 Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.  
 Quia fecit mihi magna qui potens est,  
 & sanctum nomen eius.  
 Et misericordia eius à progenie in progenies, timentibus eum.  
 Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.  
 Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.  
 Esurientes impleuit bonis: & diuites dimisit inanes.

A. 3

Suscepit



S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		<p>Suscepit Israël puerum suum, recordatus misericordiæ suæ, Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham &amp; semini eius in secula. Mansit autem Maria cū illa quasi mensibus tribus: &amp; reuēsa est in domum suam. *5.</p>	

CAP. 5. Nascitur Iohannes Baptista, & præputium ei amputatur. Zacharias pater eius, vinculo lingue suæ soluto, Deum laudat.  
Luca Cap. 1. \*4.

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
		<p><b>E</b>lisabeth autē impletū est tēpus pariēdi: &amp; peperit filiū. Et audierūt vicini &amp; cognati eius, quia magnificauit Dominus misericordiā suā cū illa, &amp; cōgratulabātur ei. Et factū est in die octauo uenerūt circūcidere puerū, &amp; uocabant eū nomine patris sui Zachariam. Et respondens mater eius, dixit, Nequaquā, sed uocabitur Iohannes. Et dixerūt ad illā, Quia nemo est in cognatione tua qui uocetur hoc nomine. Inuebant autē patri eius, quem uellet uocari eū. Et postulās pugillarem, scripsit, dicens, Iohannes est nomē eius. Et mirati sunt uniuersi. Apertū est autē ilico os eius, &amp; lingua eius, &amp; loquebatur benedicens Deum. Et factus est timor super omnes uicinos eorū: &amp; super omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia uerba hæc, &amp; posuerūt omnes qui audierāt in corde suo, dicentes, Quis putas, puer iste erit? Etenim manus Domini erat cum illo. Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu sancto, &amp; prophetauit, dicens,</p>	
		Bene-	